



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LVIII. Parabola seminantis. Matth. 13. Marc. 4. Luc. 8.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

LVIII.

Parabola seminantis. Matth. 13.

Marc. 4. Luc. 8.

I. **C**um autem turba plurima conue-
nirent, & de ciuitatibus propera-
rent ad eum, dixit per similitudinem, Exijt
qui seminat seminare semen suum, &
dum seminat aliud cecidit secus viam, &
conculcatum est, & volucres cœli comede-
runt illud; & aliud cecidit supra petram,
& natum aruit quia non habebat humo-
rem; & aliud cecidit inter spinas, & si-
mul exorta spinea suffocauerunt illud; &
aliud cecidit in terrâ bonam & ortum fe-
cit fructum, aliud centesimum, aliud sexa-
gesimum, aliud trigesimum. Qui habet
aures audiendi audiat.

2. Interrogabant autem eum discipuli
eius, qua esset hac parabola; quibus ipse
dixit: Vobis datum est nosse mysterium
regni Dei, ceteris autem in parabolis, ut
videntes non videant, & audientes non
intelligant. Incrassatum est enim cor po-
puli huius, auribus grauiter audierunt,
& oculos suos clauferunt

410 DOCTRINA ET MIRACULA

3. Est autem hac parabola: Semen est Verbum Dei: qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus & tollit Verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Nam cum cogitationes

Gregor. 19.
mor. c. 1.

noxias ingerunt, verbum vitae à memoria euellunt.) Greg Qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum; & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vite euntes suffocantur, & non referunt fructum.

Hieron. hic

Bern. ser. de
S. Bened.

4. Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Et sicut in terra mala tres fuere diuersitates, secus viam, & petrosa, & spinosa loca, sic in terra bona trina diuersitas est, centesimi, & sexagesimi, & trigesimi fructus.) & Bernard. Quàm multi seminarunt in te, & quàm bonum semen! quàm malè peribis, & quàm meritò, si perierit in te tantum semē, simul & seminantium labor! seminavit in ter-

ra nostra tota Trinitas, seminarunt Angeli, pariter & Apostoli, &c.) serm. de S. Benedicto.

LIX.

Parabola Zizaniorum. Matth. 13. 14.

1. **A**liam parabolam proposuit illis, dicens, Simile factum est regnum Caelorum homini qui seminavit ¹ bonum semen in agro ² suo; cum autem dormirent homines venit ⁴ inimicus eius & ⁵ superseminavit zizania in ⁶ medio tritici, & ⁷ abiit: cum autem creuisset herba, & ⁸ fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Dcm. 5. post Epiphan.

2. Accedentes autem ¹ serui Patris familias, dixerunt ei, Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ² ergo habet zizania? & ait illis, inimicus ³ homo hoc fecit: serui autem dixerunt ei, Vis ⁴ imus, & colligimus ea? & ait, Non: ne forte colligentes, ⁵ eradicetis simul & triticum: sinite utraque crescere ⁷ usque ad messem; & in tempore messis dicam messoribus, colligite ⁸ primum zizania, & alligate ea in fasciculos ⁹ ad comburendum, triticum autem congregate ¹⁰ in horreum meum.

3. Tunc